

Bernard de GAULEJAC

LA LIQUIDATION DES BIENS DE L'ORDRE DU TEMPLE

dans le Sud-Ouest de la France

Thèse pour l'École nationale des chartes (1925)



transcription-saisie en latin
Marie-Lise TOSI

Correction
Pierre VIDAL
CNRS Framespa Université Jean-Jaurès Toulouse

PIECES JUSTIFICATIVES

Afin de ne pas augmenter l'importance de la publication de cette thèse, les pièces justificatives, en latin, sont publiées uniquement sur ce site internet des Amis – www.2a31.net . Pour ceux qui le souhaitent ces pièces sont téléchargeables gratuitement

PIÈCES

JUSTIFICATIVES

Un beau travail d'équipe compétente et efficiente a permis de sortir de l'oubli la copie manuscrite de la Thèse pour l'École nationale des chartes (1925) « LA LIQUIDATION DES BIENS DE L'ORDRE DU TEMPLE dans le Sud-Ouest de la France » de Bernard de GAULEJAC qui se trouve aux Archives départementales de la Haute-Garonne, sous la cote : BH-Wms-731 – Fonds des Manuscrits – AD Toulouse.

Afin de ne pas augmenter l'importance de la publication de cette thèse, les pièces justificatives, en latin, sont publiées uniquement sur ce site internet des Amis – www.2a31.net . Pour ceux qui le souhaitent ces pièces sont téléchargeables gratuitement.

La saisie en latin de cette thèse a été effectuée avec l'autorisation des ayants droit, par :

Marie-Lise TOSI, professeur de lettres classiques et à l'origine de la résurgence de cette thèse.

Pierre VIDAL, CNRS Framespa Université Jean-Jaurès Toulouse, a effectué tout le travail de correction avec beaucoup de gentillesse.

Les Amis des archives de la Haute-Garonne.

PIÈCES

JUSTIFICATIVES

PIÈCES JUSTIFICATIVES¹

La transcription est aussi exacte que possible. Le texte et la présentation ont été respectés. Les mots soulignés le sont dans l'original. Les quelques notes que nous avons ajoutées sont dûment signalées comme telles ; de même les mentions « (sic) » en italiques sont de notre fait. Nous nous sommes seulement permis, pour faciliter la lecture, de séparer par un saut de ligne les trois parties qui composent ordinairement les chartes : l'adresse, le corps de la lettre, la date et la signature.

1

1309, 3 octobre. Millau.

Quittance donnée par Durand Faure de Cordes, délégué pour recevoir les inventaires des biens des Templiers dans le Rouergue, au séquestre de Sainte-Eulalie, de divers objets de literie.

Toulouse, Arch. dép., H. 123, n° 1 [ADHG, H 123, pièce n° 1].

Noverint universi presentes pariter et futuri quod anno domini incarnationis millesimo ccc° nono, videlicet V° nonas octobris, illustrissimo domino Philippe Francorum rege regnante, ego Durantus Fabri de Cordarum, commissarius ad recipiendum inventoria bonorum Templi senescallia Ruthenensi et ad tradendum ea custodienda quibus voluero et mihi videbitur expedire, et ad vendendum ea, a discreto viro Durando Pairolas, curatore bonorum Templi, deputatus ut in quibusdam litteris suis inferius incertis, ejus sigillo sigillatis plenius continetur bona fide et sine dolo duo assero, confiteor et in veritate recognosco vobis magistro Guarnerio de Moyssiaco notario, procuratori Sancte Eulalie presenti et recipienti pro vobis et pro Arnaldo Duranti socio vestro me []² et habuisse sex culcitra et quinque almatrasses et vignit sex cousinos [] [sep] auricularia et spetuaginta septem lodices et [] chalones et duas carpitras et nihilominus omnia [] et bailivie Sancte Eulalie et membrorum ejus contenta []. Arnaldi Basteri, notarii ad instanciam mie dicti Duranti [] me tradita fuerant custodienda penes vos et [] manum dicti magistri Arnaldi continetur quod instrumentum [] inane et nullius valoris. Et plus reddidistis michi quatuor lodices [] et singulis vobis traditis per me custodienda, me teneo jus contentum et idone [] pactum solempne nominibus quibus supra de ulterius aliquid plus non petendo pro premissis a vobis renunciatis, ex certa me sciencia, exceptioni supradictarum rerum non habitatum, non traditarum et non receptarum, doli et in factum et errori calculi et exceptioni quod³ metus causa, et generaliter renuncio omni alii juri canonico et civili per quod possem venire contra predicta seu in aliquo de predictis in solidum vel in pacte.

Tenor dicte littere talis est.

¹ Les transcriptions du manuscrit de Bernard de Gaulejac ont été réalisées par Marie-Lise Tosi agrégée de Lettres classiques et ses notes sont repérées par [MLT]. La correction a été assurée par Pierre Vidal, enseignant à l'Université Jean-François Champollion à Albi jusqu'en 2013. Par moment, quand le sens ou la graphie posaient problème, il a fallu revenir au parchemin original et les notes correspondantes sont repérées par [PV]. Aujourd'hui, le chercheur dispose de la photographie haute définition qui permet un grossissement à l'infini, plus performant qu'une simple loupe ; aussi, quand la graphie est douteuse, une photo est annexée en note.

Depuis la thèse de Benard de Gaulejac, le fonds de Malte a été recoté et la nouvelle cote apparaît entre [-].

² Le parchemin étant rongé est cause de cette lacune et des suivantes. [MLT]

Le document est taché et l'encre délavée, donc illisible sur cette portion [PV].

³ Il manque une partie du texte. [MLT]

Universis presentes litteras inspecturis Durantus Peirola commissarius deputatus in custodia bonorum Templi, salutem. Notum vobis facimus quod nos Durantus Fabri, latorem persentium ad recipiendum inventaria domorum Templi senescallis Ruthenensi bona earumdem vendendum ipsaque personis quibus in custodio tradere voluerit, tradendum incherias nihilominus bonorum Templariorum recipiendum et ad faciendum omnia alia universa et singula que nos faceremus in premissis si adesse nos contingeret tenore presentium deputamus mandantes omnibus nobis subditis ut in hiis que ad premissa pertinerent eidem tanquam nobis pareant et intendant. Datum Ruthenis die dominica post festum Penthecostis anno Domini M° CCC° IX⁴.

Acta fuerunt hec apud Amilium in hospicio Raymundi Perini, [Testes fuerunt ad hoc votati et cognati idem Raimundus Perini]⁵, Guillelmus Reig Sancte Eulalie, Guillelmus Percassien ejusdem loci, Johannes de Blaiaco, sabaterius, et ego Hugo Riparie de Amilio auctoritate regia publicus notarius institutus qui supradictis omnibus interfui, et de mandato predictorum et regnatus ab ipso hoc presens et publicum instrumentum scripsi et signo usitato notaria Amilie sequenti signavi.

⁴ L'original porte *millio* et non M° [PV].

⁵ Cette partie du texte a été omise par B. de Gaulejac. [PV]

2

1313, 5 juin.

Procès-verbal de la prise de possession par les Hospitaliers du lieu de Lomiers, ancien bien du Temple, suivi de la lettre de Bernard Gervais, lieutenant du sénéchal de Périgord, prescrivant selon les ordres du roi cette remise, et d'une procuration de Raymond d'Olargues, lieutenant de Foulque de Villaret, Grand Maître de l'ordre de l'Hôpital.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Condat I, n°4. [ADHG, H Malte Condat 1, pièce n° 4]

Noverint universi quod constitutus personaliter apud Lomiers in domo et ecclesia ejusdem domus Agennensis diocesis, que domus quondam fuit Templariorum, coram me Guillelmo de Salis notario publico Agennensi et testibus infrascriptis, Petrus Crespel, serviens domini nostri regis Franchie, posuit et misit de facto fratrem Guillelmum Ferrandi, Ordinis Sancti Johannis Jerosolimitani, procuratorem, ut in quodam instrumento publico inferius continetur, Religiosi, Venerabilis et Discreti viri Domini fratris Ramundi de Olargiis, honorabilis locum tenentis Reverendi in Christo Patrio Domini fratris Fulconis de Vilarreto, Dei grati Magistri Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani, in possessionem dicte domus de Lomiers cum pertinentiis suis et juribus quibuscumque sicut Templarii, tempore captionis eorum ipsam domum tenebant et possidebant et usque tunc tenerant et possederant, quam missionem in possessionem dicte domus cum suis pertinentiis et juribus quibuscumque, facti dictus serviens dicto procuratori nomine procuratoris quo supra de mandato sibi litteratorie facto de ponendo dictum procuratorem in possessionem omnium domorum que quondam fuerunt dictorum Templariorum in senescalia Petragoricensi et Caturcensi et resorto ejusdem existenciam per venerabilem et discretum dominum Bernardum Gervasii, judicem et locum tenentem nobilis viri domini Johannis de Arreblayo, militis domini nostri regis Franchie ejusque senescalli Petragorensis et Caturcensis ; quiquidem dominus senescallus hoc idem a dicto domino nostro rege Franchie litteratorie receperat in mandatis quorumquidem mandatorum domini judicis et locum tenentis predicti, nec non domini nostri regis Franchie tenores inferius sunt inserti, quamquidem missionem in possessionem dicte domus idem serviens fecit dicto procuratori, nomine quo supra per hec verba.

Ego Petrus Crespelli, serviens domini nostri regis Franchie de mandato michi litteratorie facto per Venerabilem et Discretum Dominum Bernardum Gervasii, judicem et locum tenentem nobilis viri Domini Johannis de Arreblayo militis domini nostri regis Franchie ejusque senescalli Petragorensis et Caturcensis, pono vos fratrem Guillelmum Ferrandi procuratorem et nomine procuratoris Magistri Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani et ejus locum tenentem et totius Ordinis vestri, in possessionem hujus domus de Lomiers cum omnibus juribus et pertinentiis suis eo modo et forma quibus Templarii ipsam tenerant et possederant (*sic*) et tenebant et possidebant tempore captionis eorum, et trado et libero vobis in signum dicte possessionis vettem seu barrullam hostii (*sic*) dicte ecclesie et domus, egrediendo et exiando dictas ecclesias et domum, et laudendo et aperiendo ostium ipsarum et per traditionem cordarum campane dicte ecclesie et alias prout plenius et cercius possum de quibus requisiverint dictus serviens et procurator ut notarium predictum ut sibi facerem publicum instrumentum, quod feci. Data fuerunt hec apud dictum locum de Lomiers die martis post festum Penthecostis, anno Domini M. CCC. XIII. regnante Philippo rege Franchie, Edduardo rege Anglia duce Aquitanorum, Agennensi sede vacanti, testibus presentibus Petro de Burdigali, Vitale de Lessiac, Johanne Castanh et me notario predicto qui predicta una cum dictis testibus vidi et ea fideliter et publice scripsi et de predictis ad requisitionem predictorum feci hoc presens publicum instrumentum quod signo meo signavi.

Sequuntur tenores dictorum mandatorum in hunc modum :

Bernardus Gervasii judex et locum tenens nobilis viri domini Johannis de Arreblayo militis domini regis nostri Franchie ejusque senescalli Petragorensis et Caturcensis Arnaldo Guillelmo de Sancto

Christofore, Sequino de Bretz, Daniele de la Plassa, Vacomardo de Balholio, Nicasio de Vensi et Petro Crespel, servientibus regis, salutem. Litteras patentes regis recepimus in hec verba :


Philippus *etc.*, cum propter abominaciones *etc.* Actum *etc.* Parisius XX VIII die martis anno Domini M^oCCC^o XIII^o.⁶

Hinc est quod vobis et vestrum cuilibet in solidum mandamus quatinus contenta in litteris regiis suprascriptis loco dicti domini Senescalli et Nostri faciatis, compleatis et exequari⁷ diligenter juxta eorum continenciam et tenorem et earum forma in omnibus observata. Et si in premissis vel premissorum aliquo cause cognitis contingeret evenire vos de ea intromittere nullo modo presumatis quando potius dicti domini Senescalli seu ejus curie examinacionem remittere quod cicius studeatis. Nos enim mandamus domini regis subditis quorum interest vel intererit ut in prescriptis vobis pareant et vestrum cuilibet in solidum efficaciter et intendant. Datum Caturci die lune ante festum beati Johannis ante Porta Latinam anno Domini M^o CCC^o XIII^o.⁸

Sequitur tenor instrumenti procurationis dicti fratris Guillelmi in hunc modum :

Anno Dominica Incarnationis M^o CCC^o XIII^o et tercio nonas madii⁹, domino Philippo Dei gracia Franchie rege regnante, noverint universi quod Nobilis et Religiosi viri dominus frater Raymundus de Olargiis honorabilis locum tenens Reverendi in Christo Patris domini fratris Fulconis de Vilareto Dei gracia Magister Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani in Sancti Egidii prioratu, et de volluntate et concessu procerum sibi assistenciam, in presencia mie notarii et testium infrascriptum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum fecit, constituit, creavit et ordinavit suos certos, veros, legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores, negociorum gestores, et nuncios speciales videlicet in Senescallia Petragoricensi et Caturcensi et resorto ejusdem religiosos viros fratrem Michaellem de Baptiniano et fratrem Berengarium Mara, fratrem Petrum de Fonte, fratrem Guillelmum Ferrandi et fratrem Johannes Textoris, fratres dicte domus Sancti Johannis, licet absentes, et quilibet eorum in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis set (*sic*) quod per unum ipsorum inceptum fuerit per alterum mediari valeat et finiri, ad petendum, nascendum, adipiscendum, recipiendum et retinendum possessionem realem et corporalem, vel quasi omnium et singulorum bonorum que cordam fuerunt Templariorum et Ordinis eorumdem in regno Franchie in dicta Senescallia et ejus resorto consistencium et ad perquirendum, indegardum, recognoscendum, recipiendum et retinendum universa et singula bona mobilia et immobilia et se movencia omnium et singularum domorum et grangiarum que condam dicti Templi fuerunt vel ad fratres dicti Templi spectantur quoquomodo necnon actiones, jura, debita et nomina debitorum que fratribus dicti Templi debebantur et ad recoligendum, recuperandum et reponendum omnes et singulos fructus, redditus et proventus ex dictis bonis provenientes, perceptos et percipiendos a quibuscumque arrendatoribus seu assentatoribus regalibus vel personis aliis quibuscumque et ad recipiendum ab omnibus et singulis personis que ad hec ratione et occasione dictorum bonorum quoquomodo de consuetudine vel de jure tenentur vel in posterum tenebuntur recognitiones et homagia et juramenta homagii et fidelitatis, et ad faciendum recognitiones et homagia et protestandum fidelitatis et homagii juramenta omnibus quibus ratione dictorum bonorum tenerentur ea facere vel prestare de consuetudine vel de jure, et ad faciendum finem, refutationem, absolutionem, quitationem et pactum de ulterius non petendo omnibus et singulis a quibus aliquis de bonis predictis et eorum occasione receperint de hiis que receperint ab eisdem prout de jure vel de consuetudine fuerint faciendum, et ad ponendum, assignandum et ordinandum ibidem fratrem aliquem vel fratres dicti

⁶ Arrêt du Parlement, Beugnot, *Olim*, II, 580.



⁷ En marge : manque un verbe. [MLT] —


⁸ 30 avril 1313.

⁹ 5 mai 1313.

Ordinis ad regendum, gerendum et administrandum domos, grangias et bona predicta vel aliquod de eisdem prout eis videbitur expedire et si necesse fuerit vel utile pro predictis bonis vel eorum occasione ad egendum coram quibuscumque iudicibus ecclesiasticis vel secularibus, ordinariis vel delegatis, datis vel dandis contra quascumque personas ecclesiasticas certas comunitates atque loc[-] quecumque vel eorum procuratores syndicos et actores, et deffendendum et excipiendum et replicandum libellum dandum et recipiendum, litera seu litere contradictoria, de calumpnia et de veritate dicenda in animam suam jurandum et subeundum cujuscumque alterius sententiis, juramentum ponendum positionibus rendendum, articulandum testes instrumenta et quelibet alia probationum sententia producendum et alterius propter testium juramenta videndum et in eorum personis et eliciendum, proponendum, protestandum, allegandum et in causa seu causis allegandis sententiam seu sententias interrogatorias seu deffinitivas audiendum et a quolibet illorum necesse fuerit appellandum, appositionem seu appositiones prosequendum et generaliter ad alia et singula faciendum, agendum, gerendum et administrandum vel quomodolibet procurandum que in predictis et circa predicta fuerint necessaria vel utilia seu etiam opportuna et que veri et legitimi procuratores vel negotiorum gestores facere possunt et debent et que causarum et negotiorum desiderant et requirant¹⁰, et que ipsemet faceret et facere posset si personaliter presens esset etiamsi mandatum exigant speciale dans et concedens dictis procuratoribus suis et cuilibet eorum in solidum plenam et liberam potestatem et specialem mandatum in predictis et circa predicta et quolibet eorumdem promittens mie notario infrascripto vice et nomine omnium et singulorum pro[-] interest vel interesse poterit in futurum et solempniter stipulans se ratum et firmum perpetuo habiturum quicquid per dictos procuratores suos vel alterum ipsorum in predictis et circa predicta actum, gestumve fuerit vel quomodolibet procuratore et volens dictos procuratores suos et quemlibet ipsorum ab omni sacerdotali honore relevare relevare (*sic*) promisit mihi notario infrascripto et solempniter stipulans ut supra sub ypotheca et obligatione omnium bonorum dicti Ospitalis (*sic*) justicie fisci et judicatum sol[erum] suis clausulis universis.

Acta fuerunt hec in domo Hospitalis Sancti Johannis de Montepessulano in presencia et testimonio Johannis Balmas, Ramundi de Viot, domicelli, Dyonisii de Aginleris, domicelli, et mie Johannis de Albaterra, notarii potenti domini nostri Franchie regis, quique vocatus et rogatus predicta omnia et singula bene et fideliter de verbo ad verbum de nota dicti Johannis de Albaterra notarii predicti sumpsit, scripsit fideliter et abstraxit, et ego prenominatus Johannes de Albaterra notarius publicus domini nostri Franchie regis in testimonium premissorum me scribo et signum meum huic publico intrumento appono quod est sequens.

¹⁰ En marge : un point d'interrogation de *causarum* à *requirant*. [MLT] –



3

1313, 15 juillet. Paris.

Lettre de Philippe-le-Bel aux Administrateurs généraux des biens du Temple nommés par lui pour leur mander de remettre ces biens aux Hospitaliers.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens IV, n^{os} 1 et 2. [ADHG, H Malte Douzens 3, pièces 1 & 2]

Philippus Dei gratia Francorum rex dilectis magistro Guillelmo de Guisonio, archidiacono Algie in ecclesia Lexiensi clerico, Guillelmo Pizdoue et Renerio Bourdon, valetis nostris, ad custodiam bonorum Templorum deputatis, salutem.

Mandamus vobis et vestrum cuilibet quatinus ab administratione et regimine bonorum Templi a festo beate Marie Magdalene primo venturo in antea supersedeatis et essetis omnino bonaque ipsa omnia in potestate vestra consistencia prioribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani vel eorum certo mandato tradatis et deliberetis in integrum dicto festo elapso absque alterius expectationem mandati omnibus et singulis comissariis ex parte nostra ad regimen et custodiam dictorum bonorum generaliter et specialiter deputatis ubilibet, mandantes injungatis ut a predictis regimine et custodia elapso dicto festo prorsus recedant ipsaque bona deliberent ut est dictum. Datum Parisius XV^o die julii anno Domini M^o CCC^o XIII^o.

1313, 26 août.

Lettre de Philippe-le-Bel aux sénéchaux et officiers de justice pour leur recommander de laisser aux Hospitaliers des délais pour payer les dettes qui leur viennent des Templiers et de veiller à ce que les biens du Temple ne soient pas détournés de leur destination qui est l'œuvre de la Terre Sainte.

Toulouse, Arch. dép., H. 128, fol. 65 r°. [ADHG, 1H 128, fol. 65]

Philippus Dei gracia Francorum rex universis senescallis, baillivis, praepositis, iudicibus et aliis quibuscumque regni nostri iusticiariis ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Cum possessiones et bona Templi que ad Hospitalarios venerunt Terre Sancte negotio convertendo ad plures redebencias et honora pluribus et diversis sint obligata et teneri dicantur personis, dictique Hospital[erij]¹¹ de dictis redebenciis et oneribus non possint ita celeriter esse certi, mandamus vobis et cuilibet vestrum quatinus dictis Hospitaleriis si ipsos super predictarum solutione coram vobis trahi contingat in causam ad informandum se de redebenciis oneribus et aliis iuribus que petentur ab eis, terminos seu dilationes competentes, consideratis personarum conditionibus et qualitate rerum petitarum (*sic*) concedatis, dum tamen res hujus¹² que petentur clare et notarie non debeantur eis petentibus quod eisdem Hospitaleriis aliqua super hoc dilatio non sit danda, quod arbitrio cujuslibet vestrum comitemus (*sic*) delivrandum, dictosque Hospitalerios cum pro causis et negociis ipsorum specialiter possessiones¹³ et bona dicti condam Templi tangentibus quoquomodo ad vos habebant recursum vel per alios trahentur in iudicium, coram vobis audiatis diligenter et benigne tractetis et exhibeatis de plano eisdem ad eo iusticie celeris complementum quod per litigiorum anfractus bona dicti Templi que¹⁴ debent in negocio Terre Sancte converti aliis usibus []¹⁵ nullatenus expectantes sic diligentes et solliciti super existentes ne possitis redargui¹⁶ de negligentia vel deffectu. Datum apud Chingiacum die XXVI augusti, anno Domini M. CCC. XIII.

¹¹ Terminaison corrigée par l'auteur. [MLT]

¹² En marge : *hujus [modo] ?* (MLT)

¹³ *Posse[ss]iones* : correction de l'auteur. [MLT]

¹⁴ *Quot ?* note interlinéaire de l'auteur. [MLT]

¹⁵ Un blanc. [MLT]

¹⁶ Infinitif présent passif du verbe *redarguo*, dénoncer, réfuter. [MLT]

1313, 26 août.

Lettre de Philippe-le-Bel à ses sénéchaux et officiers de justice leur ordonnant de faire restituer aux Hospitaliers les biens du Temple qui avaient été usurpés.

Toulouse, Arch. dép., H. 128, fol. 4-5. [ADHG, 1H 128, fol. 4 & 5]

Philippus Dei gracia Francorum rex universis senescallis, ballivis, prepositis ceterisque regni nostri justiciariis ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Cum possessiones et bona quondam Templi fratribus Hospitalis juxta ordinationem Sedis Apostolice et Concilii Generalis fecerimus in regno nostro plenarie liberari, mandamus vobis et cuilibet vestrum prout ad eum pertinuerit quatinus dictos Hospitalarios seu procuratorem ipsorum in possessione dictarum possessionum et aliorum bonorum dicti quondam Templi manuteneatis et debite defendatis si quid de dictis possessionibus et bonis a tempore captionis Templariorum citra usurpata, occupata vel detenta per aliquos indebite inveneritis vel Hospitalariis ipsis vel procuratori eorumdem reddi ad plenum et deliberari et attemptata et innovata quecumque ad pristinum et debitum statum reduci de plano Hospitalis gentes et procuratores ipsorum cum bonis omnibus eorumdem ab omnibus injuriis, violenciis, oppressionibus, gravaminibus et indebitis novitatibus quibuscumque si quas eis factas vel illatas esse inveneritis eas revocetis et ad statum debitum reponatis taliter super hiis vos habentes quod bona dicti Templi que Deo dedicata sunt et ad suum Sanctum servicium deputata non oporteat in alios inutiles usus distergi. Datum apud Chingiacum, die XXVI^o augusti, anno Domini M^o CCC^o terciodecimo.

1313, 15 septembre. Paris.

Mandement de Guillaume de Gisors et de Guillaume Pizdet aux curateurs particuliers des biens du Temple leur ordonnant de remettre tous ces biens aux Hospitaliers.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens IV, 2. [ADHG, H Malte Douzens 3, pièce 2]

Guillaume de Gisors, archidiacre d'Alge en l'église de Lisies, clerc nostre seinher le Roy, et Guillaume Pisdoue, burgoyz de Paris, curateurs des biens qui furent jadiz du Temple du royaume de France, à touz comissaires establis de part nous pour le temps passé au gouvernement des biens et des mesons jadiz du Temple par tout le royaume de France et à chascun d'isseus pour soy, salut.

Les lettres nostre senher le Roy avons receues contenans la forme qui s'ensuit :

Philippus etc... (lettres du roi Philippe-le-Bel aux sequestres des biens du Temple, en date du 15 juillet 1313, leur ordonnant de remettre ces biens aux Hospitaliers.

Par la vertu desqueles lettres nous vous mandons à touz et à chascun de vous et enjoignons en comandant que vous aus ditz prieurs de Saint Jehan de Jerusalem ou à leur certain mandement portant ces letres, delivres et bailles, faciez delivrer et bailler par inventaire, si come par inventaire les receustes tous les biens jadiz du Temple, muebles et non muebles, estantz en vautz gardes ou en vauz gouvernement sans autre atendre sauf le droyt des fermiers ce eus i ont aucun droit par la ferme de leur marchié d'entre vous es eus, et si vous aucuns desditz biens aves bayler en garde ou en depest ou autrement à autres personnes que vous, le faciez bayler et delivrer ausditz prieurs ou à leur mandement, rendes et baillies les letres des marchiés des fermes que vous avez fais aus fermiers ou les transcriptz d'iceles sur ceel authentique et bien nous plaist et volons que cesditz fermiers bayllent ausditz prieurs ou à leur mandement les letres que ils ont du marchié de leur dites fermes ou le transcript sus ceel authentique seu il leu plaist et que desores en avant vous vous lessiez et cessiez du tout du gouvernement de la garde desditz biens excepté que les arrerages deus pour le temps passé vous facies recueillir et lever cens, toucher des biens aus fruis et aus biens d'icele presente année et de ces choses dessusdites faire soies si obeissantz que pour voustre negligence audit nostre seigneur le roy et a nous ne conviegnhe plus recourre et de ce que vous leur bayleretz prenez leurs letres. Données à Paris sous nous ceaux le XVème jour de septembre l'an de grace mil CCC et treze.

1313, 21 novembre. Paris.

Mandement de Philippe-le-Bel à trois sergents leur enjoignant de faire recouvrer au profit des Hospitaliers tout ce qui était dû sans conteste aux Templiers.

Toulouse, Arch. dép., H. 123, 4 (*vidimus*). [ADHG, H Malte 123, pièce 4]

Philippus Dei gratia Francorum rex dilectis nostris Johanni des Aurelianis, Guillelmeto de Aurelianis, [Johanni] Quintini, salutem.

Cum possessiones et alia bona condam Templi secundum ordinationem Sedis Apostolice ac sacri Concilii generalis fecerimus in regno nostro Hospitalariis plenarie liberari nonnulleque persone, ratione possessionum et bonorum hujus et ex aliis causis legitimis essent et adhuc esse dicantur efficaciter obligati in diversis et magnis pecuniarum quantitibus, juribus et redibentiis aliis dicto Templo, nos plurimum affectantes quod dicta bona ad servicium crucifixi pro quo deputata sunt et dictis Hospitalariis tradita utiliter expendantur, vobis et cuilibet vestrum de quorum fidelitate et industria confidimus tenore presentium comittimus et mandamus quatinus omnia et singula debita bona et legalia recognita que dicto condam Templo seu fratribus ipsius deberentur et adhuc deberentur fratribus Hospitalis vel procuratoribus eorumdem seu ipsorum speciali mandato per captionem et expectionem bonorum debitorum faciatis cum talis justitie complemento persolvi, si vero fuerint aliqua debita de quibus ex parte debitorum ipsorum questio refferatur vel aliquid proponatur quod cause cognitionem requirat certam et competendam vel certas et competentes, diem seu dies coram iudicibus eorum ordinariis partibus assignetis, processuri coram ipsis ordinariis iudicibus super predictis ut fuerit rationis iudices ipsos certificantes de hujusmodi assignatione dierum et rebus juris ipsas partes litigiosas ipsas res litigiosas si que sint quousque jus inter ipsas partes discussum in manu nostra si necesse fuerit et super hoc a fratribus seu procuratoribus Hospitalis preffati fueritis requisiti, ponendo debite et tenendo; nolumus autem quod pretextu litterarum nostrarum hujusmodi de hiis que cause requirunt indagine vos intromittere quomodolibet debeat; insuper vobis et vestrum cuilibet tenore presentium comittimus et mandamus quatinus dictos Hospitalarios et quemlibet eorum necnon et procuratores ipsorum ab injuriis, violenciis, oppressionibus et novitatibus quibuscumque quotiescumque super hoc requisiti fueritis deffendatis dantes presentibus in mandatis [senescallis] balliviis, prepositis ceterisque regni nostri justiciariis et subditis ut vobis et vestrorum cuilibet in premissis et ea quomodolibet tangentibus pareant et intendunt par[]ique¹⁷ faciant ab omnibus diligenter. Datum Parisius die XXI^o novembris anno Domini M. CCC. terciodecimo.

¹⁷ Lecture incertaine. [MLT]

1315 (n. s.) 23 janvier. Paris.

Monitoire de Bérenger d'Auvergne faisant connaître sa qualité de commissaire du Saint-Siège et ordonnant la remise des biens du Temple à l'ordre de l'Hôpital.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens IV, 14 (*vidimus*) et La Selve V, 8 (original).

[ADHG, H Malte Douzens 3, pièce 14 et H Malte La Selve 6, pièce 8]¹⁸


Reverendis in Christo patribus dominis Dei gratia Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Abbatibus, Prioribus, Abbatissis, Priorissis, Prepositis, Plebanis, Decanis, Cantoribus, Archidiaconis, Sacristis, Thesaurariis, Magistris commendatoribus ac ecclesiarum rectoribus, conventibus, Capitullis, Collegiis et personis aliis ecclesiasticis tam religiosis quam secularibus, necnon universis et singulis Principibus, Ducibus, Baronibus, Comitibus, Nobilibus, Universatibus, Comitibus, Potestatibus, Capitaneis, Consulibus ac personis aliis ecclesiasticis tam religiosis quam secularibus in regno Francie, in terris Imperii et in aliis ultra marinis et asinarum locis et partibus constitutis etiam si regali vel alia quacumque perfulgeant¹⁹ dignitate ac illi vel illis qui indictis regno, locis et partibus, ac comitatibus, ducatus, principatibus, civitatibus, castris, villis et locis dominium seu officium obtinent et in futurum obtinere contigerit temporale vel eorum loca tenentibus qui de bonis et juribus spectantibus et pertinentibus ad Magistrum et Ordinem domus condam milicie Templi tenent, habent et possident in regno, locis et partibus eisdem seu habuerunt et tenuerunt quocumque modo ex quacumque causa jure vel occasione sive incomodata tenuerunt vel habuerunt seu tenent vel habent ex concessione seu commissione vel alio titulo quocumque seu per eos vel eorum alterum recepta, occupata, detenta seu obtenta vel distracta, administrata, conservata seu detenta fuerunt a tempore quo ipse Magister milicie Templi condam et nonnulli ex fratribus dicti Ordinis in regno Francie comuniter capti fuerunt, ac omnibus aliis universis et singulis ad quos presens noster processus pervenerit et negocium ipsum tangit seu tangere poterit in futurum. Berengarius de Alvernia canonicus Biterrensis, exequutor una cum Reverendo in Christo patre domino Dei gratia Episcopo Famagustansis et Venerabili viro domino Jacobo Novelli canonico Barchinonensis ad infra scripta a Sede Apostolica deputatus, salutem in Domino, et mandatis apostolicis firmiter obedire.

Noveritis nos ex parte Sanctissimi Patris et Domini Clementis divina providencia Pape quinti, ipsius vera bulla plumbea et filo canapis integro bullatas, non abollitas nec cancellatas, nec in aliqua sui parte corruptas vel viciatas, sed penitus omni suspicione carentes, quasdam recepisse litteras sub hac forma :

« Clemens episcopus, servus servorum Dei ... ad providam Christi vicarii ... etc. Datum Vienne V^o²⁰ nonas maii, pontificatus nostri anno septimo »²¹.

Harum igitur auctoritate litterarum nos volentes ut tenemur mandatis apostolicis humiliter obedire, auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa, vobis dominis, Patriarchis, et. (*ut supra*)²²...

¹⁸ L'auteur propose une lecture comparée de deux sources ; les différences entre les deux documents sont portées en note. [PV]



¹⁹

²⁰ Douzens porte VI^o [PV]

²¹ Transcription de la bulle « *Ad providam Christi vicarii...* », *Regest. Clem. [pap.] V, VII*, p. 67.

²² Le scribe reprend la liste précédente : *Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Abbatibus, Prioribus, Abbatissis, Priorissis, Prepositis, Plebanis, Decanis, Cantoribus, Archidiaconis, Sacristis, Thesaurariis, Magistris commendatoribus ac ecclesiarum rectoribus, conventibus, Capitullis, Collegiis et personis aliis ecclesiasticis tam religiosis quam secularibus, necnon universis*

consulibus ac personis aliis supradictis seu eorum loca tenentibus litteras ipsas apostolicas ac universa et singula in hiis contenta insinuamus, notificamus ad vestram et eorum noticiam deducimus ac vos et eos universos et singulos requirimus et monemus comuniter et divisim primo, secundo et tercio, et peremptore vobisque et eis nihilominus et cuilibet eorum in virtute sancte obediencie cum reverencia [cum] qua decet, districte precipiendo mandamus quatinus prefatas magistrum seu priores vel preceptores aut fratres ejusdem Hospitalis Sancti Johannis vel ipsorum²³ quemlibet aut procuratorem seu procuratores eorum et Hospitalis ipsius nomine ad possessionem domorum, ecclesiarum, capellarum, oratoriorum, civitatum, castrorum, villarum, terrarum, grangiarum et locorum, possessionum, jurisdictionum, reddituum atque jurium omniumque aliorum bonorum immobilium et mobilium vel se movencium cum omnibus juribus et pertinenciis suis indictis regno, terra²⁴, locis et partibus consistenciumque ipse ordo et dicti magister et fratres ipsius ordinis milicie Templi, tempore captionis hujus, per se vel quoscumque alios²⁵ habebant, tenebant et possidebant vel ad eosdem domum et ordinem, Magistrum et fratres ipsius ordinis milicie Templi, quomodolibet pertinebant infra viginti dierum spacium post presentationem presentes processus nostri, quorum sex pro primo, sex quo secundo et reliquos octo vobis et eis universis et singulis, pro tercio termino, et peremptore assignamus admictatis inducatibus quantum in vobis est et deffendatis inductos eosque²⁶ de ipsorum domus et domorum, ecclesiarum, capellarum, oratoriorum, civitatum, castrorum, villarum, terrarum, grangiarum, locorum, possessionum, jurisdictionum, reddituum atque jurium et aliorum bonorum omnium mobilium et immobilium vel se movencium, fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis, respondere curetis et faciatis quantum in vobis est et eis fuerit et est ab aliis et pertinet etiam integraliter respondere et pacifica illorum permictatis et permictant possessione gaudere, amotis occupatoribus et detentoribus ac administratoribus et conservatoribus in bonis ipsis auctoritate apostolica et quavis alia deputatis et quibuslibet aliis ab eisdem quos nos quantum in vobis est et possumus, amovemus et vobis, tenore presentium denunciavimus amotos. Nos vero nihilominus prefatos magistrum seu priores vel preceptores aut fratres Hospitalis ejusdem et ipsorum quemlibet seu²⁷ procuratorem aut procuratores eorum et Hospitalis ipsius nomine, in possessionem inducimus quantum possumus domus milicie Templi ceterumque domorum, ecclesiarum, capellarum, campanarum, oratoriorum, civitatum, castrorum, villarum, grangiarum, terrarum, locorum, possessionum, jurium, reddituum et bonorum predictorum cum eorum juribus et pertinenciis universis. Monemus insuper in generale et speciale, primo, secundo, tercio et peremptore, omnes ac²⁸ universos et singulos cultores seu laboratores terrarum, bonorum, jurium et possessionum condamm dictorum magistri et ordinis milicie Templi quocumque titulo et ex quacumque locatione seu concessione tenent, habent possident, colunt et laborant et fructus percipiant ex eisdem ac omnes et singulos vassallos et quorumcumque alios residentes in civitatibus, castris, domibus, maneriis, grangiis, oratoriis, ecclesiis, capellis, villis, terris, possessionibus, juribus, jurisdictionibus et redditibus prelibatis, eisque sub excommunicationis pena districta precipiendo mandamus ut fructus bonorum, possessionum, jurium, jurisdictionum, oratoriorum, domorum, grangiarum, maneriorum, ecclesiarum, capellarum, civitatum, castrorum, villarum, terrarum et reddituum predictorum debitis et consuetis temporibus dent et assignent, solerant et de eis respondeant magistro, prioribus seu²⁹ preceptoribus aut fratribus seu eorum vel alicujus ipsorum, aut cuilibet eorum procuratori vel procuratoribus Hospitalis ejusdem et pacifica permictant illos possessione gaudere ipsosque percipere juxta vim effectum apostolice littere prelibate ipsosque super eis aliquatinus non impediunt seu molestant nec permictant ab aliquibus

et singulis Principibus, Ducibus, Baronibus, Comitibus, Nobilibus, Universitatibus, Comitatus, Potestatibus, Capitaneis, Consulibus, que l'auteur n'a pas retranscrite. [PV]

²³ *Rerum, La Selve.*

²⁴ *Déficit dans Douzens.*

²⁵ *Alios déficit dans La Selve.*

²⁶ *Ipsosque, La Selve.*

²⁷ *Et procuratorem et... La Selve.*

²⁸ *Ac déficit dans La Selve.*

²⁹ *Et preceptoribus et..., La Selve.*

aliis etiam molestari. Si enim vos domini Patriarchi, Archiepiscopi et Episcopi ac Electi premissa non feceritis vel aliquod premissorum contempseritis seu neglexeritis adimplere vel impedimentum prestiteritis per vos vel alium seu alios in premissis vel aliquo premissorum publice vel occulte vobis vel cuilibet vestrum ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis ingressum ecclesie interdiximus, et si per VIII^o dies immediate post predictos sex sequentes quos vobis dominis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ac Electis superdictis pro duobus editis et tercio peremptore assignamus, premissum sustinueritis interdictum vos et quemlibet vestrum ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis suspendimus a divinis. Et si per alios octo dies prefatos octo immediate sequentes interdictum et suspensum hujus animis induratis vos vel alter vestrum sustinueritis in vos ac in Abbates, Priores, Abbatissas, Priorissas, Prepositos, Plebanos, Decanos, Archidiaconos, Cantores, Sacristas, Thesaurarios, Magistros comandatores, Rectores, Principes, Duces, Barones, Comites, nobiles, potestates, capitaneos et consules, occupatores et detentores, administratores, conservatores, cultores et laboratores et residentes eosdem et personas alias supradictas ac in contradictores quoslibet et rebelles predicta canonica monitione premissa qui in premissis vel aliquo premissorum se apponerent vel impedimentum prestarent per se vel alium seu alios, publice et occulte quominus predicta omnia et singula suum debitum sortiantur effectum seu si occupatoribus vel impedientibus ac administratoribus et conservatoribus seu detentoribus hujus auxilium, consilium vel favorem dederint per se vel alium seu alios, publice vel occulte, vel qui plene in hac parte nostris, immo verius apostolicis non parebunt mandatis cujuscumque sint seu fuerint preeminencie auctoris, ordinis, conditionis aut status in hiis scriptis excommunicationis et in vos, capella et collegia ac conventus suspensum et ecclesias vestras nec non universitates, comunitates, civitates, castra, villas in quibus detentores et occupatores hujus dominium habuerint temporale si hujus domini temporales indimictendo bona predicta et restituendo illa Magistro et fratribus Hospitalis ejusdem, rebelles et contradictores extiterint interdicti sententia, predicta auctoritate ex nunc prout ex tunc fecimus et etiam promulgamus. Alias contra vos et eos et vestrum et ipsorum quemlibet si expedierit nihilominus gravius processuri prout justicia suadebit et si contingat vos vel aliquem vestrum aut quamcumque aliam personam supradictas nostras sententias incurrere quoquomodo per manifestam resistenciam vel occultam nolumus per alium quam per nos seu superiorem nostrum eas relaxari vel quomodolibet amoveri.

Preterea, viris venerabilibus et discretis Archidiaconis, Officialibus et Preceptoribus in ecclesiis cathedralibus constitutis in provinciis Narbonensi et Auxitana ad quos presens nostrum mandatam pervenerit et presens nostrum processus presentabitur quibus et eorum cuilibet³⁰ in solidum super executione predicta mandati apostolici et nostri tenore presentium³¹ committimus vices nostras donec eas ad nos duxerimus revocandas quos requirimus et monemus comuniter et divisim, primo, secundo, tercio et peremptore eisque nihilominus et cuilibet eorum sub excommunicationis pena quam ex nunc prout ex tunc in eos et ipsorum quemlibet incurrere volumus ipso facto, si mandata nostra immo verius apostolica neglexerint adimplere et in virtute sancte obedientie districte precipimus et mandamus ut ipsi et alter eorum qui a dictis magistro, prioribus seu preceptoribus aut fratribus dicti Hospitalis vel eorum aliquo³² seu cujuslibet ipsorum procuratore seu procuratoribus fuerint requisiti ad vos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Electos, Abbates, Priores, Abbatissas, Priorissas, Prepositos, Plebanos, Decanos, Archidiaconos, Cantores, Sacristas, Thesaurarios, Magistros commendatores, Rectores, Principes, Duces, Barones, Comites, nobiles, potestates, capitaneos, consules, laboratores, cultores et residentes et personas et loca alia supradicta infra quindecim dierum spacium post requisitionem hujus quem terminum eis et eorum cuilibet pro primo, secundo, tercio et peremptore assignamus, personaliter accedat vel accedant et supradicta omnia et singula vobis et eis comuniter et divisim denunciant, legant et publicare procurent, ipsisque

³⁰ *Magistris Sicardo de Vauro, Caturcensi, Stephano de Vedilhaco, Salerniceto, ecclesiarum canonicis, predicti domini regis clericis, quibus et cuilibet ipsorum in solidum in dyocesi Caturcensi quamdiu a dicta dyocesi absentes simus super executione predicti mandati et nostri...* La Selve.

³¹ *Presenti instrumenti.* La Selve.

³² *Vel ab eorum aliquo vel ab eorum seu...*, Douzens.

magistro seu prioribus vel preceptoribus aut fratribus ejusdem vel ipsorum cuilibet aut procuratori vel procuratoribus ipsorum, nomine Hospitalis ejusdem³³ de fructibus, redditibus, juribus et proventibus hujusmodi³⁴ faciunt integraliter responderi et eis etiam ministrari ipsosque un corporalem possessionem domorum, ecclesiarum, capellarum, oratoriorum, civitatum, castrorum, villarum, terrarum, grangiarum, locorum, possessionum, jurisdictionum, reddituum³⁵ atque jurium et aliorum bonorum mobilium et immobilium aut se moventium hujus ac jurium et pertinenciarum eorumdem inducant auctoritate nostra, immo verius apostolica et deffendant inductos, occupatores quoque seu detentores, administratores, conservatores nisi infra dictum³⁶ ut predicatur terminum eis per Sedem Apostolicam assignatum dimiserint illaque libere plene restituerint ordini et Hospitali eisdem aut magistro seu prioribus vel preceptoribus aut fratribus Hospitalis ejusdem in partibus, regno et provinciis supradictis eorumque singulis vel procuratori seu procuratoribus eorumdem ipsius Hospitalis nomine ut superius est expressum ac prestantes causam occupatoribus, impediens seu detentoribus ac administratoribus et conservatoribus dederint seu presterint consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte si capitula, collegia seu conventus, universitates extiterint et ipsas civitates, castra, villas et loca in quibus culpabiles fuerint et etiam civitates, castra et loca in quibus detentores et occupatores hujus dominium obtinuerint temporale si hujus modi³⁷ domini temporales in dimictendo illaque restituendo magistro et fratribus Hospitalis ejusdem ipsius Hospitalis nomine obstaculum adhibebant et infra predictum mensem et terminum ab hujus premissis non duxerint ut permittitur desistendum per omnia loca quibus expedire viderint, denunciant et faciant ab aliis a nobis³⁸ in suis et aliis ecclesiis publice nunciari ipsosque excommunicatos ab omnibus arcibus evitari donec super hiis congrue satisfecerint et absolutionis meruerint beneficium obtinere a sede hujus supradicto³⁹ mandatum nostrum immo verius apostolicum super hiis et aliis exequendo juxta traditam seu directam a Sede Apostolica nobis formam, ita tamen quod ipsi subdelegati nostri aut quicumque alius nihil in eorumdem Hospitalis ordinis ac fratrum prejudicium innovare valeant vel mutare in presenti processu nostro per nos habito et sententiis per nos latis ; volumus autem quod illud, quod per aliquem eorum [in]ceptum fuerit, possit per alium seu alios terminari. In ceteris autem que dictis magistro et ordini et Hospitali eisdem in premissis nocere possent eisdem subdelegatis et cuilibet alii potestatem omnimodum denegamus. Quod si forte contigat nos in aliquo procedere super premissis non intendimus comissionem predictam in aliquo revocare nisi de revocatione hujus specialis et expressa mentio habentur.

Presens autem instrumentum seu processum et litteras apostolicas vomulus apud dictos magistrum, priores, preceptores et fratres hujus et ipsorum vel alicujus eorum procuratorem vel procuratores remanere et non per vos vel aliquem vestrum aut alium seu alios detineri ; immo si aliquis vel aliqui illum vel illud seu illos per vim vel contra voluntatem dictorum magistri, priorum, preceptorum, fratrum, procuratorum, ordinis predictorum detinere presumpserit seu presumpserint predicta canonica monitione premissa sententiam excommunicationis quam ex nunc prout ex tunc etiam in hiis scriptis ferimus in ipsum et ipsos ipso facto incurrat vel incurrant. Mandamus tamen dictis magistro, prioribus, preceptoribus, fratribus et procuratoribus ipsis fieri et vobis et aliis quorum interest expensis vestris copiam de predictis si petieritis et volueritis ipsam habere. Ceterum, per hujus processum nostrum nolumus nec intendimus nostris in aliquo prejudicare collegiis quominus ipsi et eorum quilibet servato tamen hoc processu nostro per se vel alium seu alios possint in hujus negotio procedere sicut eis placuerit et eis idebitur expedire. In quorum omnium predictorum testimonium et fidem pleniorum, presens publicum instrumentum seu presentem nostrum processum per Michalem

³³ *Ejusdem*, deficit dans La Selve.

³⁴ *Huju*, dans La Selve.

³⁵ *Reddituum*, deficit dans La Selve.

³⁶ *Predictum*, Douzens.

³⁷ *Hujus*, Douzens.

³⁸ *A nobis*, deficit dans La Selve.

³⁹ *Beneficium a sede hujus obtinere, mandatum...*, Douzens.

de Doncherio clericum, publicum notarium infrascriptum ut publicum et auctentium scribi et publicari et ipsius signo et suscriptione vallari et nostri sigilli appensi muniri. Volumus autem quod si contingat predictum sigillum nostrum casu aliquo rumpi, grangi, cassari aut modo quolibet destrui vel corrumpi, presens publicum instrumentum et publicum et auctentium nihilominus in suo robore valeat et perduret.

Acta fuerunt hec in monte Sancto-Genovefa Parisius in Monte, in capitulo ejusdem monasterii, anno nativitatis Domini M^o⁴⁰ CCC^o XIII^o, indictione duodecima⁴¹, die vicesima tertia mensis januarii circiter hora prime dicte diei, regnante excellentissimo principe domino Philippo Dei gratia Rege Francorum illustri, presentibus religiosis viris fratribus et dominis canonicisque ejusdem monasterii Johanne de Brabancio, superiore, Guillelmo de Montibus, hostillario, Andra de Sancto Germano, Johanne de Autolio et Johanne de Sancto Dyonisio, Symone Vincentis, clerico curie Parisiensi jurato notario ac Simoneto de Turnomio in Bria testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

⁴⁰ Le parchemin original porte *millio*. [PV]

⁴¹ Nous avons ici un exemple de la formule « *anno nativitatis* » employée pour « *anno incarnationis* » ; cet exemple peut être utile à retenir puisque Arthur Giry *Manuel de diplomatique*, Paris, 1894, p. 109, dit « je ne sais si on pourrait trouver beaucoup d'exemples de l'emploi d'un style autre que celui de Noël sous la formule « *anno a Nativitate* ».

1314, 23 avril.

Lettres de sauvegarde accordées par Philippe-le-Bel à Bérenger d'Auvergne.

Toulouse, Arch. dép., H. 123, n°4. [ADHG, H 123, pièce 4] – Extrait.

Philippus Dei gratia Francorum rex omnibus senescallis, baylivis, praepositis et justiciariis quibuslibet aliis regni nostri ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Dilectorum nostrorum fratrum Hospitalis Sancti-Johannis Jerosolimitani devotis supplicationibus inclinati mandamus vobis et vestrum singulis precipientes quatinus dilectum clericum nostrum magistrum Berengarium de Alvernia canonicum Bitterrensem executorem in bonis condamn Templariorum a Sede Apostolica deputatum in faciendo processus suos super hoc et eos publicando et excequendo pro hujusmodi bonis recuperandis et preffatis assignandis fratribus tanquam suis ab omnibus injuriis, molestiis, violenciis et oppressionibus deffendatis et custodiatis eidem in hac parte auxilium et favorem debitum impendentes et cum per loca vobis submissa et per districtus vestros pertransire benigniter admittentes eumdem clericum, bona, familiam, equos et ainesium morari et transire libere absque molestia permittatis eidem de salvo et securo conductu cum super hoc ab eo requisiti fueritis ac de armorum potentia vimque si necesse fuerit providere curetis si per eum fueritis requisiti.

Datum Pontisaris die XXIII° aprilis, anno Domini M° CCC° XIV°.

1314, 23 avril.

Autres lettres de sauvegarde accordée à Bérenger d'Auvergne par Philippe-le-Bel.

Toulouse, Arch. dép., H. 123, n° 4. [ADHG H 123, pièce 4] – Extrait.

Philippus Dei gratia Francorum rex omnibus justiciariis subditis et fidelibus regni nostri ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Cum dilectus magister Berengarius de Alvernia canonicus Biterrensis, clericus noster, exequutor deputatus a Sede Apostolica super bonis que condam fuerunt Templi pro premissis ac quibusdam aliis Terre Sancte negocium tangentibus necnon et pro quibusdam ad Majorem Magistrum Sancte domus Hospitalis Sancti Johannis spectantibus exequendis per diversas regni nostri partes habent se transferre vobis omnibus et singulis districte precipiendo mandamus quatinus dictum clericum nostrum per districtus vestros et loca vobis submissa pertransient benigne admittentes eumdem clericum, bona, familiam, equos et ainesium morari et transire libere et absque molestia permittatis eidem de salvo et sequo conductu cum super hoc ab eo requisiti fueritis ac armorum potencia si necesse fuerit providere curetis non permittentes eidem in persona, bonis et familia aliquos inferri molestias vel jacturas et eumdem eundo, morando, reddeundo tanquam eum quem accepimus in nostra gardia speciali ab omnibus injuriis, violenciis, vi armorum et oppressionibus quibuscumque deffendatis et in faciendo processus suos et eos publicando et exequendo pro hujusmodi bonis recuperandis et preffatis assignandis fratribus tanquam suis eidem vim, consilium et auxilium et favorem debitum independentes si necesse fuerit et super hoc fueritis requisiti ut ad vestrum quemlibet pertinebit.

Datum Pontisarii die XXII aprilis, anno Domini M° CCC° XIII°.

Berengarius de Alvernia canonicus Biterrensis in et pro bonis condam Templariorum executor auctoritate apostolica deputatus, illustris regis Francie clericus, universis et singulis ecclesiarum rectoribus seu suratis vel eorum locatenentibus in provinciis Narbonensis et Ocitana constitutis et omnibus aliis ad quos presentes littere pervenerint, salutem et mandatis nostris, imo verius apostolicis, firmiter obedire.

Litteras domini nostri Summi Pontificis recepimus que sic incipiunt : « Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Famagustansi et dilectis filiis Berengario de Alvernia Biterrensis et Jacobo Novelli Barchinonensis canonicis ecclesiarum, salutem et apostolicam benedictionem. Ad providam Christi Vicarii presidentis in specula etc... et sic terminatur « Datum Vienne VI° nonas maii, pontificatus nostri anno septimo »⁴².

Quarum tenorem in nostris generalibus processibus sub manu publica et sub nostro sigillo confectis plenius videbitis contineri, quarum litterarum et processuum copiam vobis fieri volumus ad vestras expensas, si volueritis et petieritis a fratribus Hospitalis, quia originale ad vestrum quemlibet propter viarum discrimina et pericula mittere formidamus, verum cum de mandato Sedis Apostolice posuerimus fratres Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani in possessione bonorum omnium et singulorum mobilium et immobilium se moventium, privilegiorum, libertatum, actionum, jurium et debitorum que magister et fratres condam Templi, tempore captionis eorumdem in regno Francie communiter facte, habebant, tenebant et possidebant ultra et citra mare et in quibuslibet mundi partibus et monitiones nostras generales in diversis partibus fecerimus et sententias per dominum Papam latas et per nos ingressas suspencionis, excomunicationis et interdicti ultra et citra mare publicaverimus et de mandato domini Pape et de voluntate domini nostri regis Francie contra omnes

⁴² *Regest. Clem. V, anno VII, p. 68.*

et singulos occupatores, detentores et contra illos qui predictis darent auxilium, concilium vel favorem, publice vel occulte. Nihilominus fratres Hospitalis coram nobis audivimus graviter conquerentes quod non obstantibus predictis sententiis et mandato domini nostri regis expresso, in suarum animarum periculum, multi detentores dicta bona predictis fratribus Hospitalis, quibus pro Terre Sancte subcidio sunt data et domui eorum incorporata et unita in generali Concilio Viennensi, reddere et restituere indebite contradicunt, predictas sententias minime formidantes. Quare hiidem fratres supplicaverunt nobis humiliter et requisiverunt nos cum magna instantia quod eisdem providere de opportuno remedio dignaremur. Quocirca, auctoritate apostolica qua fungimur in hac parte, vobis et vestrum cuilibet in solidum districte precipiendo mandamus, in virtute sanite obedientie et sub pena excommunicationis quam in vos et quemlibet vestrum trina monitione premissa in his scriptis ferimus et ipso facto vos et quemlibet vestrum incurrere volumus nisi feceritis quod mandamus, quatinus predictas domini Pape latas sententias et nostras publicetis in vestris ecclesiis diebus dominicis et festivis pulsatis campanis et extinctis candelis dum populus convenit ad divina, necnon et in confessionibus parrochianorum vestrorum ad evitanda pericula animarum et omnes et singulos occupatores et detentores illicitos dictorum bonorum, quos predicti fratres vobis duxerint nominandos, qui ad requisitionem dictorum fratrum nolunt restituere dicta bona, moveatis ex parte nostra, imo verius apostolica ut predictis fratribus Hospitalis libere et plene reddant et restituant dicta bona infra mensem a tempore requisitionis fratrum vel vestre monitionis auctoritate nostra facte. Alioquin citetis ipsos [] auctoritate nostra, consideratis personarum conditionibus et distantia locorum ut certa die non feriata apud Anicium in ecclesia Sancti-Petri-de-Turre hora prime coram nobis compareant allegaturi et excusaturi quare ad reddendum et restituendum predicta non tenentur. Nos per vestras apertas litteras vestro sigillo sigillatas vel per instrumenta publica certificantibus de requisitionibus, monitionibus, publicationibus et citatione predictis intimantes dictis occupatoribus et detentoribus quod si non restituerint dicta bona vel se humile excusaverint coram nobis, contra eos procedemus taliter quod pena eorum erit ceteris in exemplum, implorato, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. In quorum premissorum testimonium munimen sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum apud Fis, octava die julii, anno Domini M° CCC° quarto decimo.

Reddite litteras portitori.

(Au dos :) Domini fratris Johannis Guillelmi preceptoris Pedenacii et Nebiani.

1314, 25 juillet. Toulouse.

Compte en recettes et dépenses fait au Grand Prieur de Saint-Gilles de l'Ordre de Saint-Jean par Bernard de Gironde, trésorier de Toulouse, pour la gestion des biens ayant appartenu aux Templiers et l'entretien des religieux détenus à Toulouse.

Toulouse. Arch. dép., H. 123, n° 7 (copie sur parchemin). [ADHG, H 123, pièce 7]⁴³



Computum quod frater Bernardus [de Gironda Thesaurarius⁴⁴] Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani Tholose reddidit fratri Artaldo [de Chavanon] locum tenenti domini Magni Preceptoris super bonis condam [Templi]..... omnibus universis et singulis que idem thesaurarius..... sibi factis arrendationum domorum condam Templi infrascript..... XIII a die qua easdem recipere incepit usque ad diem XXV julii..... inferius continetur.

In primis recepit idem thesaurarius..... pro domo sive grangia Aquetincte⁴⁵ a Bernardo de Cruce XL..... Martino et Pino Agilberto de Castroveteri IIII^{XXI} libras. Item pro domo de Vahors⁴⁶ cum suis pertinenciis a fratre Guillelmo de Ber..... [re]cepit pro domo de Faussargiis⁴⁷ et Arsello⁴⁸ a fratre Deodati Guifredi..... ner CLXI libras X sol. tur. – Item pro domo de Canenchiis⁴⁹ XIII lib. XII sol. VIII den. tur. qu..... ilari. Recepit pro domo de Caynaco⁵⁰ et de Marcenes⁵¹ a fratre Johanne Tortorelli XI..... tur. – Pro grangia de Capadello⁵² domino Arnaldo de Vilarii XLI lib. VI sol. VIII den. tur..... pro domo de Borderiis⁵³ a fratre Bernardo de Orsanis IX lib. X sol. tur. – Item recepit pro domo Villedei⁵⁴ a fratre Guillelmo Rotbaldi III^{CXL} lib. tur. Item recepit pro domibus Argenti⁵⁵, Podiifortisacus⁵⁶, Lameriis⁵⁷, Bonfontis, Sancte Fidis Agenni⁵⁸, Sancti Leonis de Curtibus⁵⁹, Romestagni⁶⁰, Sancti Genesii⁶¹ et Montisrubei⁶² III^C florennos auri. Item recepit pro domo des Andrivallis⁶³ a predicto fratrea Petro

⁴³ La photographie ne fait pas partie du manuscrit de Bernard de Gaulejac.

⁴⁴ Le parchemin est rongé en plusieurs endroits. Bernard de Gironde était trésorier en 1314, (cf *supra*, p. 37, n. 1).

⁴⁵ Aquatincta, Gers, arr. Condon, c^{on} Valence. [Ayguetinte – PV]

⁴⁶ Vaour, Tarn, arr. Gaillac, c^{on} Castres.

⁴⁷ Faussargues, Tarn, arr. Albi, c^{on} Valence d'Albigeois.

⁴⁸ Aurelle-Verlac, Aveyron, arr. Espalion, c^{on} Saint-Geniès.

⁴⁹ Canens, Haute-Garonne, arr. Muret, c^{on} Montesquieu-Volvestre.

⁵⁰ Quaynac, Gironde, arr. Libourne, c^{on} Fronsac.

⁵¹ Marcenais, Gironde, c^{on} Saint-Savin, arr. Libourne.

⁵² Capadel, Haute-Garonne, près Caynac, arr. Villefranche-de-Lauragais.

⁵³ Bordères, Hautes Pyrénées, arr. et c^{on} Tarbes.

⁵⁴ La Villedieu, Tarn-et-Garonne, arr. Castelsarrazin, c^{on} Montech.

⁵⁵ Argentens, Lot-et-Garonne, c^{on} Nérac.

⁵⁶ Puyfortaiguille, Lot-et-Garonne, c^{on} Nérac.

⁵⁷ Lomier et Bonnefont, Lot-et-Garonne, arr. Nérac, c^{on} Nomdieu.

⁵⁸ Sainte-Foy-d'Agen, situé dans la ville d'Agen.

⁵⁹ Saint-Léon-de-Cours, Lot-et-Garonne, arr. Nérac, c^{on} Damazan.

⁶⁰ Romestaing, Lot-et-Garonne, arr. Marmande, c^{on} Bouglon.

⁶¹ Saint-Genys-du-Bois, Gironde, arr. La Réole, c^{on} Targon.

⁶² Montarouch, Gironde, arr. La Réole, c^{on} Targon.

Taymundi XXI lib. tur. Item pro domo Sancti-Michaelis de Riparia⁶⁴ a fratre Estout de Rieuterio XVII liv. XIII sol. IIII den. tur. Item recepit a fratre Johanne de Laffas de Rotrocapitibus domus Montissalnis⁶⁵ LXX sol. VI den. tur. Item pro domo de Turre a Petro Johannis de Fabrica X lib. tur. Item pro domo Boudracis⁶⁶ a Bernardo Bedocii XXXV lib. VIII sol. IIII den. tur. Item pro domo de Buissoanis a Petro Lombardi de Lana XI lib. VI sol. VIII den. tur. Item pro domo de Vols a fratre Benedicto XIII lib. VI sol. VIII den. tur. Item pro laudimio domus Tholose a fratre Jacobo Drulhe XVIII lib. XI sol. IIII den. tur. Item pro domo predicta de Vols a fratre Bernardo de Orsanis LIII sol. IIII den. tur. Item ab eodem pro domo de Peyrageria⁶⁷ VIII lib. tur. Item pro domo de Insula⁶⁸ et Ramestagni⁶⁹ a magistro Ramondo Reganhati XL libras. Item pro domo de Buissorcio a Guillelmo Ramondi de Valle Capieri..... XII lib. Item pro domo de Lanarqueria⁷⁰ a Guillelmo de Lubianis XXXI lib. VI sol. VIII den. tur. Item pro predicta domo de Boudraco a predicto Bernardo Bedocii XXIII lib. tur. Item pro domo de Lansquaseriis a fratre Bernardo de las Tannaberiis LXVIII lib. Item pro domo..... IIII lib. et XIX sol. IIII den. tur. Item pro domibus Sancti Michaelis de Riparia, Caynaci et Marcenes et Burdegalis II^c XLVI florinos auri. Item pro domo Ervariarum⁷¹ et de Grava⁷² XXVI lib. XIII sol. IIII den. tur. Item a fratre Iterio Irti pro domo Burdegalis IIII lib. XII sol. VI den tur. Item pro domo de Boreto a fratre Guillelmo Ferandi XXI lib. VIII sol. VI den.tur. Item pro domo Tholose a Bernardo de Mauranis CXC lib. tur. Item pro domo de Salis⁷³ XCV lib. tur. Item pro domo Arameti a Philippo de Cervillano IIII^{xx} lib. tur. Item pro domo de Planterii⁷⁴ et de Cadelanis⁷⁵ a Guillelmo Mayrani II^c XXV lib. X sol. tur. Item pro domo Mirapicis⁷⁶ a fratre Bernardi Sazii XIII lib. tur.

Summa omnium computarum predictarum habitarum de predictis arendamentis per predictum thesaurarium usque ad dictam diem XXV julii : II^m IX^{xx} lib. XVI sol. X den. tur. De qua summa idem thesaurarius solutiones fecerit infrascriptas.

In primis incepit facere expensa idem thesaurarius prima die marci anni Domini millesimi CCCⁱ XIIIⁱ templariis apud Tholosam in aula domini Regis detentis s[c]ilicet pro domino Guillelmo de Galliaco, milite, et Guillelmo Mercerii qui recipuit (?) pro qualibet die quilibet ipsorum XVIII denarios turoniencium.

Item pro Hodone Saumate, Hugone de Septemfontibus..... de Peyralorio, Deodato de Fraxino, Guillelmo Barte et Petro de Bara, quilibet istorum recepit [XV]III denarios turonencium [pro qualib]et die et sic ad rationem predictam ascendit summa dictorum Templariorum per diem VII sol. VI den. tur.

Valent in mense quo sunt XXXI dies⁷⁷ [XI lib. XII sol. VI den.] tur. et in mense in quo sunt XXX dies⁷⁸, XI lib. V sol. Est autem sciendum quod dictus thesau[rarius]..... dictorum Templariorum a predicta die

⁶³ Andrivaux, Dordogne, c^{ne} Valeuil, près Bourdeilles.

⁶⁴ Saint-Michel-de-Rivière, actuellement Larrivaux. [Dordogne –PV]

⁶⁵ Montsaunès, Haute-Garonne, arr. Saint-Gaudens, c^{on} Montrejeau.

⁶⁶ Boudrac, Haute-Garone, arr. Saint-Gaudens, c^{on} Montréjeau.

⁶⁷ Peyriguière, Hautes Pyrénées, c^{ne} Aureilhan.

⁶⁸ L'Isle-Jourdain, Gers, arr. Lombez.

⁶⁹ Mis pour Marestagni, Marestang, Gers, arr. Lombez, c^{on} L'Isle-Jourdain.

⁷⁰ Lalanne-Arqué, Gers, arr. Mirandes, c^{ne} Masseube.

⁷¹ Arveyre, Gironde, arr. et c^{on} Libourne.

⁷² La Grave d'Ambarès, Gironde, c^{on} Libourne.

⁷³ Sales, Haute-Garonne, arr. Muret, c^{on} Rieux.

⁷⁴ Saint-Lizier-du-Planté, arr. et c^{on} Lombez, Gers.

⁷⁵ Cadeillan, dépendance du Temple de Montsaunès.

⁷⁶ Mirepoix, Ariège.

⁷⁷ Le manuscrit original porte le caractère (d) de telle forme qu'il s'apparente à (&). Dans d'autres passages du texte, le sens ne fait aucun doute et il s'agit bien de (&). Ici, on peut donc lire : « XXXI & XI lib... » [PV]

⁷⁸ Même remarque. [PV]

marcii anni Domini⁷⁹ CCC XIII usque ad ultimam diem..... anni Mⁱ CCC XIII valent ultra expensas factas de mense marcio quem..... arium quo Templariis antedictis XLV lib. XV sol. tur. Item pro quatuor custor[ibus]..... [X] VIII denarios tur. per diem valent per diem VI sol. tur. et per mensem in quo sunt XXXI dies IX libras [VI sol. et per mensem in quo sunt XXX dies IX] lib. valent per dictas IIII^{or} menses scilicet aprilis [madii, junii, julii] XXXVI lib. XII sol. tur.

Suma expensarum dictorum templariorum [IIII^{xx} II] lib. VII sol.tur.

Item secuntur expense solute per predictum [thesaurarium] apud Carcassonam ad consilium provinciale Narbonensem, et ascendunt tam pro va[diis]..... valibus civis Tholose, Galterii de Seriiis castellanus Aulenove d..... auleti, Ramondi Johannis Ochaeto de Navaria, Andricide Borel..... de Lesato, Egidii de Curia, Hugonis Johannis, Bernardi Guilaberti et plurium..... [qui] ducebant et custodiebant Templarios antedictos et pro..... Johannis dicti Segeulier servientis Carcassone per XIII dies mensis..... [ve]niendo de Tholosa apud Carcassonam qua ibidem stando, spectando..... floquero duarum quadrigarum que portabant septem ex dictis Templariis et..... Templarios condam VI^{xx} lib. XIII sol. II den. turonensium.

Item pro vadiis..... -ileti deputati ad custodiendum dictum dominum G. de Gallia cum Guillelmo [Mercerii]..... pro expensis dictorum trium Templariorum XVIII dies dicti mensis marcii et pro vadiis Johannis..... [deput]ati ad custodiendum Odonem Saumate, Deodatum de Fraxino, Guillelmum [Barte]..... et Petrum de Brana Templarios condam, et pro expensis dictorum V Templariorum dictorum..... expensas predictas XII lib. III sol. tur.

Summa expensarum antedictarum dictorum Temp[lariorum]..... -versis ratibus et partitis II^c XIX lib. III sol. II den. tur.

Item solvit dictus thesaurarius..... solvere Guillelm. pro gracia speciali Templariis antedictis LXXIII sol. tur.

Item solvit pro pitancia festi Pentecostes..... VIII paris sotularium et duobus pariis caligarum et uno capucio de bruneta..... albo pro predictis VI aliis Templariis et pro VIII pariis camisiarum et brachiarum..... tur.

Item pro bergeriis et sonis et trabaqueriis sive ligiis XIX s. t.

Item pro ra..... Templar. X sol. tur.

Summa in universo dictarum expensarum factarum..... antedictis et solutarum per thesaurarium antedictum II^c XXXI lib. V sol. VIII den. tur.

Secuntur solutiones facte per predictum thesaurarium ultra solutiones Templariorum antedictorum.

Primo solvit predicto fratri Artaldo apud Montempessulanum M III^c XL florennos de auri pretio cujuslibet XIII sol. et X den.tur., valent IX^c IC III lib. XVI sol. VIII den. tur.

Item solvit plus pro expensis quas fecit frater P. de Cayllacio in predicta domo Tholose et frater Ramundus Gurandi in optandis hospiciis et pluribus aliis faciendis sicut apparet per comptum dicti fratris Petri quod reddidit II^c IIII lib. XI sol. IIII den. tur.

Item solvit plus mandato dicti fratris Artaldi Ramondo Athonis de Rivalibus VI^{xx} V lib. XVII sol. I den. tur.

⁷⁹ L'original porte *milli*, qu'a omis l'auteur. [PV]

Item solvit apud Tholosam XXV^o die julii predicto fratri Artaldo II^c lib. scilicet M II^c XCIII florennos, pretio cujuslibet XIII sol. VII den. tur. ad quam rationem deficiant VII sol. I den. tur. quod solvit.

Summa omnium solutionum ultimarum post solutiones Templariorum M V^c LVII lib.tur.

Summa totalis dictarum solutionum predictarum cum solutionibus factis Templariis antedictis M VII^c III^{xx} VIII lib. V sol. VIII den. tur.

Et sic facta deductione de receptis ad solutiones antedictas restat quidem dictus thesaurarius habere, omnibus computatis, usque ad predictam diem XXV julii, III^c III^{xx} XIX lib. XXI sol. II den. tur., et V^{ic} XLV florennos quos quidem V^c XLVI (*sic*) florennos auri, qui continentur in predicta resta nos predictus thesaurarius hac (*sic*) etiam habuisse.

Item receperat ultra predictum comptum predictum thesaurarius pro predicta domo de Canenhis a predicto fratre Isnardo de Lagarda X lib. tur.

Et sic restant, omnibus computatis, penes predictum thesaurarium III^c IX lib. XI sol. tur. II den., de qua ultima resta nos predictus frater Artaldus ordinavimus penes eundem thesaurarium remanere C lib. pro expensas (*sic*) faciendis Templariis predictis.

Restant III^c IX lib. XI sol. II den. tur. quamquidem restam dictarum III^c IX lib. XI sol. II den. tur. nos predictus frater Artaldus confitemur a predicto thesaurario habuisse ac etiam recepisse.....

Et in testimonium et se (?) tuto dictarum premissionum..... predictus frater Artaldus sigillum nostrum proprium huic presenti computo pendens duximus [apponendum].

1315, 12 juin. Paris.

Lettres de Louis X aux agents du Saint-Siège leur ordonnant de faire restituer les biens de l'ancien ordre du Temple aux Hospitaliers de Saint-Jean.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens, IV, 5, copie. [H Malte Douzens 3, pièce 5]

Ludovicus Dei gratia Francorum et Navarre rex dilectis nostris⁸⁰ in Christo exsequutoribus ab Apostolica Sede deputatis super bonis et debitis condam Templi occupatis et concelatis salutem et dilectionem.

Vos et vestrum quemlibet attente requisimus quatinus debitores, occupatores et concelatores quoscumque bonorum quorumcumque condam Templi ad hoc quod debita persolvant, occupata restituant et concelata revelent sancte domui Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani vel ejus certo mandato in quamquidem domum bona omnia condam Templi ex ordinatione Sedis Apostolice translata dicuntur juxta formam vobis ab Apostolica Sede traditam compellatis et faciatis ac mandetis compelli.

Datum Parisius XII° die junii, anno Domini M° CCC° quinto decimo.

⁸⁰ L'original porte *nobis*. [PV]

1315, 4 juillet, Béziers.

Procès-verbal de la notification, faite par le procureur de l'Hôpital au sous-viguier de Béziers, des lettres patentes du roi Louis X en date du 4 juillet 1314 ordonnant aux commissaires délégués dans le royaume pour lever 200.000 livres tournois allouées à Charles, Comte de la Marche, frère du roi, sur les biens des Hospitaliers, de donner mainlevée des saisies opérées et de restituer aux Hospitaliers les sommes non encore versées au Comte de la Marche.

Toulouse, Arch. dép., H. 123, 8 (Original sur parchemin). [ADHG, H 123, pièce 8]

[Anno Domini] millesimo tricentesimo quintodecimo, rege Ludovico regnante, IV nonas julii, noverint universi quod existens magister Raymundus Can..... notarius, procurator et procuratoris nomine venerabilis et discreti viri domini fratris Johannis Guillelmi sancte domus Hospitalis Sancti-Johannis Iherosolimitani..... Agathensis et Biterrensis preceptoris, procuratoris reverendi in Christo patris domini fratris Fulconis de Vilarcto Dei gratia sancte domus Magistri Hospitalis..... Hugonis de Piconio subvicario biterrensi domini Regis quasdam patentes litteras sigillo cereo pendenti regis sigillatas tenor..... continentis.

Ludovicus Dei gratia Francorum et Navarre rex universis deputatis a nobis seu ex parte nostra ad explectanda bona ordinis Hospitalis Sancti Johannis Iherosolimitani in regno nostro Francie consistencia pro satisfactione ducentarum millium librarum turonensium quas nos tanquam nobis ab ipso ordine debitas carissimo fratri nostro beato⁸¹ Comiti Marchie ex certa causa in bonis ipsius Hospitalis levandis et capiendis concessimus, salutem.

Vobis et vestrum cuilibet in solidum mandamus quatinus cum nos manum nostram de bonis predictis positam ex causa predicta preceperimus amoveri abinde et ex dicto ordini liberari ab hujus bonorum explectatione desistatis et recedatis omnino sive ipsa bona de bonis condam Templi fuerint, sive de aliis quibuscumque dictumque ordinem de ipsis permitatis gaudere et quicquid inde levatum per vos ex parte nostra extitit quod dicto fratri nostro vel ejus mandato non fuerit liberatum, illo dicto Ordini restituitis et reddatis ad plenum.

Datum Parisius XIII die junii anno Domini M° CCC° quintodecimo.

Quibus litteris presentatis dictus procurator nomine quo supra requisivit dictum subvicarium quod si aliqua de bonis Hospitalis predicti cepit seu capi fecit eisdem fratribus ad plenum restituat juxta mandata regia et alia in dictis litteris regiis contenta exequatur. Et dictus subvicarius petiit sibi fieri copiam litterarum regiarum predictarum ut cum ea possit et valent deliberate cum Johanne Begate bajulo Narbone pro domino nostro Rege concomissario suo et eum certificare de contentis in litteris regiis supradictis. Quod dictus procurator fieri voluit et concessit. Et incontinenti dictus procurator nomine quo supra requisivit dictum subvicarium ne contra dictos fratres seu bona Hospitalis predicti in aliquo procedat, protestans quod si in copiam dicti Johannis concomissarii habere posset eandem litteram presentasset et dictus subvicarius respondens dixit quod non est intentionis sue aliquo procedere nisi aliud novum mandatum a suo superiori haberet.

Acta fuerunt hec Biterris in domo Turre Biterrensis domini Regis in presentia et testimonio domini Berengarii Bianchi prioris ecclesie Sancti Petri de Lesinhano Biterrensis dyocesis, Johannis de Pinguinio et mie Berengarii Adzemarum notarii.

Et post hec eodem anno et die quibus supra dictus procurator presentavit magistro Guillelmo Roardi tenentis locum..... judicis et domini vicarii Biterrensis domini Regis, litteras regias supradictas ad

⁸¹ L'auteur a entouré ce mot en lui adjoignant un point d'interrogation et un point d'exclamation. On se demande en effet en quoi le frère du roi pourrait être « bienheureux ». [MLT]

certificandum eum de contentis in eisdem ut si requiretetur occasione predicta de bonis predictis ca..... –dis quod vigore dicte littere desisteret a captione et requisitione predictis.

Acta fuerunt hec Biterris in presentia et testimonio Johannis Barravi sutoris Biterrensis, Bernardi Vir..... et mei prefati Berengarii Adzemarisi publici Biterrensis notarii, qui requisitus hanc cartam recepi et scripsi et signo meo signavi.

1315, 26 juillet. Paris.

Lettres de sauvegarde accordées par Louis X à Bérenger d'Auvergne.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens IV, n° 5. [ADHG, H Malte Douzens 3, pièce 5]

Ludovicus Dei gracia Francorum et Navarre rex omnibus justiciariis subditis et fidelibus regni nostri ad quos presentes littere pervenerint vel eorum loca tenentibus, salutem.

Cum dilectus magister Nerengarius de Alvernia, canonicus Biterrensis, clericus noster, exsequtor deputatus Sede Apostolica super bonis que condamnati fuerunt Templi pro premissis ac quibusdam aliis Terre Sancte negocium tangentibus necnon et pro quibusdam ad Majorem Magistrum sancte domus Hospitalis Sancti Johannis spectantibus exsequendis per diversas regni nostri partes habeat se transferre vobis omnibus et singulis districte precipiendo mandamus quatinus predictum clericum nostrum cum per districtus vestros et loca submissa pertransierit benigne admittentes eundem clericum, bona, familiam, equos et arnesium morari et transire libere et absque molestia permitatis eidem de salvo et securo conductis cum super hoc ab eo requisiti fueritis ac de potentia armorum si necesse fuerit proinde curetis non permittentes eidem eundo, morando, redeundo tanquam eum quem recepimus in nostra gracia speciali ab omnibus injuriis, violenciis, vi armorum et oppressionibus quibuscumque deffendatis et in faciendo processus suos et eos publicando et exsequendo pro hujusmodi bonis recuperandis et prefatis assignandis fratribus tanquam suis super causis coram ipso vel aliis inchoatis vel coram ipso inchoandis eidem vim, auxilium, consilium et favorem debitum impendentes si necesse fuerit et super hoc fueritis requisiti ut ad vestrum quemlibet pertinebit sentencias et precepta dicti exsequtoris per vos vel alios seu alium ad ipsius requisitionem debite exsequentes.

Datum Parisius XXV^a die mensis julii, anno Domini M^o CCC^o quintodecimo.

1315, 28 août.

Mandement du roi Louis X commettant Bérenger d'Auvergne et Bertrand Castel pour faire une exacte recherche des usurpateurs de biens ayant appartenu au Temple.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens, IV, n^{os} 15 et 17. [ADHG, H Malte Douzens 3, pièces 5 et 17] - Extraits⁸²

Ludovicus Dei gracia Francorum et Navarre rex, dilectis et fidelibus Berengario de Alvernia, canonico Biterrensi, et Bertrando Castel, legum doctori, judici Nemorius⁸³, clericis nostris, salutem et dilectionem.

Cum sicut accepimus nonnulli qui a captione Templariorum presentes fuerunt et de bonis eorumdem inventaria fecerunt bonaque ipsis curatoribus seu receptoribus super hoc deputatis assignare fideliter debuerunt multa de bonis ipsis sibi appropriaverunt et detineant recelata, nonnullique alii multa de bonis eisdem mobilibus occupaverunt et injuste detineant occupata et alii multas debeant pecunie quantitates dictis Templariis, tempore captionis eorum que postmodum non fuerunt solute. Nolentes quod Terra Sancta cui ad opus recuperationis ipsius bona hujusdem sunt concessa per tales recelatores in hac parte fraudetur, ideoque de vestra legalitate et diligencia circumspecta plenius confidentes, vobis, tenore presencium comitimus et mandamus quatinus vos duo aut unus vestrum per vos seu alium vel alios fideles tamen et probos quem vel quos ad hec per vestras litteras duxeritis deputandos quibus consimilem vobis damus in et super premissis et ea tangentibus plenam et liberam potestatem ad manum dilecti nostri fratris Leonardi de Tibertis generalis visitatoris Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani in partibus citra maritimis ad quas Hospitale pleno jure pertinent dicta bona vel ejus certo mandato deponentes bona predicta diligentius perquirentes et quam debita Hospitalis vel condam Templi a quibuscumque detineantur personis, explectantes et levantes et patentes retinentis eorum litteras continentes ex que deposueritis seu deponi feceritis apud ipsum vel ejus mandatum. Et volumus quod de illis que dictis condam Templariis vel Templo quacumque ratione in aliquo tenebuntur dum tamen nobis immediate et non alii subsint in repetitione bonorum et debitorum Templariorum et Templi predictorum cognitionem et jurisdictionem omnimodum soli et in solidum habeatis etiam si coram nostris iudicibus cause⁸⁴ fuerint inchoate, mandantes omnibus ut in casu predicto de suis justiciabilibus summarie et de plano rejectis quibuscumque cavillationibus, allegationibus, cautelis, subterfugiis et advocatorum dilationibus vobis aut per vos deputatis exhibeant debitum justicie complementum, alium volumus in vestris defectum procedere dictos commissarios aut deputatos ab ipsis prout fuerit rationis et ut de bonis et debitis supradictis possit clarius apparere faciatis ubicumque et quocienscumque volueritis publice et solempniter proclamare quod quicumque de bonis et debitis predictis aliqua debet, retinebit, recelaverit, sciverit aut alium quomodolibet occultaverit ea vobis aut mandato vestro reddat, solvat, restituat vel revelet infra certum tempus quod in proclamatione predicta⁸⁵ super hec duxeritis prefigendum, quod nisi fecerint in voluntate vestra⁸⁶ sint de corporibus⁸⁷ de bonis insuper constituendi per nostras litteras servientes ydoneos et tales quod de factis eorum possitis si opus fuerit [] indere, que compulsiones et exequutiones necessarias in premissis, auctoritate nostra faciant, vobis tenore presentium concedimus potestatem, mandantes una et comitentes quatinus vos, aut deputati vobis omnes firmarios seu adensatores⁸⁸ domorum condam Templi super reparatione domorum et dampnorum datorum in terris, nemoribus scisis, terris incultis, vinariis evacuatur et quibuscumque aliis dampnis

⁸² L'auteur propose une lecture comparée des deux documents. [PV]

⁸³ L'auteur a entouré ce mot et mis un point d'interrogation. Peut-être faut-il lire *Nemosius*, de Nîmes ? [MLT]

⁸⁴ « Cause » déficit dans Douzens IV, n° 17.

⁸⁵ « predicta » déficit dans Douzens 3, pièce 17 [PV].

⁸⁶ « Nostra » dans Douzens IV, n° 5.

⁸⁷ « et » dans Douzens 3, pièce 17. [PV]

⁸⁸ Le manuscrit original porte *assensatores* [PV].

quoquo modo ipsos factis, datis et deterioratis quod ipsos ad satisfaciendum, reparandum et ponendum omnia, ut dictum est in eque bono statu quo ipsi, tempore traditionis, invenerunt, habuerunt seu tradita fuerunt, necnon et debitores indulgenciarum ad solvendum dicto visitatori, nomine magistri et conventus viriliter summarie ut premititur compellatis ; dantes omnibus prioribus Francie, ceterisque justiciariis, fidelibus et subditis regni nostri hiis presentibus in mandatis amicos requirentes ut vobis duobus in premissis et ea tangentibus pareant et intendant parerique faciant et intendi.

Datum apud Atrabatum XXVIII^a⁸⁹ die mensis augusti, anno Domini M° CCC° XV°.

⁸⁹ « XXVI^a die », Douzens IV, n° 17.

1315, 29 août.

Mandement du roi Louis X à Bérenger d'Auvergne et à Bertrand Castel leur ordonnant de faire remettre à Léonard de Tiberti et aux Hospitaliers les biens du Temple qui avaient été usurpés.


Toulouse, Arch. dép., Malte, Douzens II, n° 17 [ADHG, H Malte Douzens 1, pièce 17] - Extrait

Ludovicus Dei gracia Francorum et Navarre rex dilectis et fidelibus Berengario de Alvernia canonico Bitterensi et Bertrando Castelli judici Nemausenci, necnon universis et singulis justiciariis regni nostri ad quos presentes littere pervenerint, salutem.

Quoniam omnia bona que condam fuerunt Templi et Hospitalis sunt et esse debebant pro Terre Sancte subsidio et ad illud specialiter deputata dilectusque noster frater Leonardus de Tibertis bonorum ipsorum generalis visitator in partibus citramaritimis magistro et fratribus Hospitalis ultra mare nunc existentibus contra inimicos fidei de bonis ipsis habeat respondere, vobis et vestrum cuilibet comittimus et mandamus firmiter injungentes quatinus per vos vel alios omnes et singulos priores, preceptores et alios fratres dicte domus ac firmarios domorum condam Templi omnia dampna quacumque ratione seu causa tempore assensationis seu firme domibus, nemoribus, prediis et rebus datis et pertinentiis eorundem necnon et debitores quoscumque de bonis Hospitalis vel Templi occupatores et detentores illicitos dictorum bonorum in prejudicium Hospitalis ad satisfaciendum, reffundendum et solvendum ipsos astringatis precise si de bonis dicti Templi aliqua habent aut occasione hujusmodi tenentur ex quacumque causa ad reddendum dicto fratri Leonardo vel deputatis ab eo eosdem nihilominus compellentes sive sint jo[]lia⁹⁰ aut alia quecumque ad dictum condam Templum pertinentia ad solvendum debita et arreragia in quibus tenebantur necnon responsiones, tallias, subventiones et quecumque alia bona per priores, preceptores et fratres vel alias personas seculares cujuscumque ordinis existant retenta et debita ad dictum magistrum pertinentia quoquomodo, religiosos videlicet per captionem et expectionem temporalitatum suarum et alios per captionem corporum et expectionem bonorum suorum in favorem Terre Sancte predicte. Et ne hujusmodi subsidium propter hoc valeat retardari sic viriliter et celeriter compellatis quod idem visitator ad nos in vestro deffectu super hec redire ulterius minime teneatur, scituri quod si in hiis negligentes fueritis aut remissi vos propter hec graviter puniemus et premissa per alios fieri faciemus vestris sumptibus et expensis. Mandantes et districte precipientes omnibus justiciariis quod in premissis vobis obediant et servientes deputent ad requisitionem vestram pro premissis omnibus et singulis exequendis et adimplendis vim et potentiam armorum si per vos vel alterum vestrum fuerint requisiti.

Datum apud Atrabatum XXIX die mensis augusti, anno Domini M° CCC° XV°.

⁹⁰ Sur le manuscrit on peut lire *jaqualia* —



1317, 20 avril.

Lettre de Guillaume Clunet à Guillaume de Mancheul, Thomas Lemoys, Noël de Sacy, G. de Tarny et Jean d'Auregon, leur ordonnant de percevoir tout ce qui est dû aux anciens Templiers, et de lui envoyer, pour le Roi, tout l'argent à Paris.

Toulouse, Arch. dép., H. 124. [ADHG, H 124]

Guillaume Clunet, chevalier, établi ou royaume de France avec autres personnes seut tot les biens muebles et debtes que jadis furent du Temple à Guillaume de Mancheul, Thomas Le Moys, Noël de Sacy, Guillaume de Tarny, Jehan d'Auregon et à chascun d'eus, salut.

Nous avons receu les lettres du Roy nos sires desqueles nous vous envoiem copie seur le ceel de la prevosté de Paris par la vertu desqueles letres nous vous cometons par tot le royaume de France à lever et recevoir tot ce que il vos aperra estre deu au Temple jadis par quelcunques cause que se soit et especianment metes a exsequion totes les letres que nous vous avons envoieé ou envarons seur quelcunques personnes que se soit et de quelcunques stat et sans nuls esparnier et tot ce que vous en recebrez envoieez pardevers nos à Paris ou nostre liuten[ant] et contraingniez à paier tot ceus et celles que nos vous baylarons par escript ceelé seur nostre ceel le plus asprament que vous porret pour vendue et despendue de leurs biens et par prise et retenue de leurs cors si mestier⁹¹ est et aussi totz ceus que vous sares et que sont tenus audit Temple par qualcunque⁹² cause que se soit. Et de ce faire nous vous donons poer et auctorité et de faire tot ce que nous porriem fayre par la vertu desdites letres du Roy nostre sire à nos envoieez don vous ladite copie et à chascun de vous ces letres portans si mandons et comandons de part li roy nostre sire à tot les justiciers et sugges⁹³ dudit royame, prions et requérons à totz autres que à vous et à chascun de vos en totes les choses desus dites et en tot ce que empecent⁹⁴ despendre obissent et entendent et vos prestent confort conceil et ayde se mestiers⁹⁵ en aves et à chascun de vos.

Don[né] on may⁹⁶ seur nostre seel le XX^e jour de avrils l'an de grâce M.CCC. diz et sept.

⁹¹ L'original porte « mestiers ». [PV]

⁹² L'original porte « qualcunques ». [PV]


⁹³ L'auteur a souligné « sugges » et mis en marge un point d'interrogation. Il s'agit simplement du mot « sujets ». [MLT]

⁹⁴ L'auteur a entouré « empecent ». Il s'agit du verbe « empêcher ». [MLT]

Le mot se situe dans la pliure du parchemin et il est en partie indéchiffrable. Toute hypothèse est recevable. [PV].

⁹⁵ Même remarque qu'à la note 91. [PV]

⁹⁶ L'auteur a mis un point d'interrogation dans un cercle après « may ». Sans doute s'est-il posé la question de la forme « on » pour « en », qui est en réalité assez courante.



La graphie pose problème.

La 1^{ère} lettre est sans conteste un « a » (au grossissement), suivent ensuite 4 jambages, enfin « ay ». On attend assurément un nom de mois : « may ». Le copiste a dû oublier « en chemin » un jambage, ce qui donnerait « an may ». [PV]

1317, 14 juillet. Paris.

Lettre du roi Philippe V le Long à Guillaume Clunet, Roger de Béthisy et Jean Sadin, leur ordonnant de lever ce qui lui est dû sur le fermage des maisons ayant appartenu aux Templiers.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Pezenas XII, N° 82. [ADHG, H Malte Pézenas 2, pièce 82] – Extrait.

Philippus Dei gratia Francorum et Navarre rex dilectis nostris Guillelmo dicto Clignet militi nostro et magistro Rogerio de Bethisiaco canonico Roiatensi et Johanni dicto Sadin clericis nostris, salutem et dilectionem.

Cum Hospitalarii nobis in quadam magna summa pecunie teneantur nobisque propter hec debita omnia que sibi occasione Templi quomodolibet debentur duxerint dimitenda, mandamus vobis et vestrum cuilibet tenore presencium commitentes quatinus vos aut duo aut alter vestrum per vos, alium seu alios quoscumque firmarios domorum que condam fuerunt Templi tam Hospitalarios quam alios ad solvendum vobis nostro nomine totum id quod ipsos occasione firmarum dictarum domorum legitime debere noveritis per captionem et expectionem bonorum suorum omnium sine dilatione qualibet compellatis, compellendo nihilominus eosdem ad reddendum terras dictarum firmarum et vineas excultas ac dictas terras seminatas prout ipsos ad hec esse noveritis obligatos aut rationem in fine firmarum domorum predictarum. Comitimus etiam vobis quatinus vos aut alter vestrum per vos, alium seu alios vendatis aut vendi faciatis seu etiam accensari quoscumque frinitus⁹⁷, exitus et leveyas domorum predictarum in fine dictarum firmarum cum ipsos dictos firmarios continget dimitere ad nostram et Hospitalis utilitatem, et ut vobis videbitur melius expedire. Damus autem omnibus justiciariis et subditis nostris, tenore presentium in mandatis amicos nostros nihilominus requirentes ut vobis in premissis et ea tangentibus et vestri cuilibet ac deputatis a vobis pareant et intendat parerique faciant et diligenter intendi.

Datum Parisius die XIII^a julii, anno Domini millesimo trescentesimo decimo septimo.

⁹⁷ Sans doute pour « frimantias ».

1317, 6 septembre. Paris.

Lettre de Philippe V le Long à Guillaume Clunet pour lui annoncer qu'il a prescrit, en faveur des châtelains des frontières de Flandre, de faire diverses attributions sur les deux-tiers des biens meubles du Temple.

Toulouse, Arch. dép., H. 124 (copie). [ADHG, H 124] - Extrait

Philippe par la grace de Dieu roys de France et de Navarre, à nostre amé et féal chevalier Guillaume Clunet comissaire établi sur les biens qui jadis furent du Temple, salut et dilection.

Nous avons assignez les chatelains des frontières de Flandres seur les dues parties desditz biens jaditz du Temple et nous avons entendu que il doivent estre à vous à certain jour à Monstril sur la mer pour avoir des blés et des bians (?) des fermiers qui doivent redre à cest terme les granges plenas, pour coy nous vous mandons que vous ausditz chastelains et à tot que ceur lesdit biens sint et seront assignes, paies et delivres desditz blés et des autres biens de ce que chascun cera assignes en tale maniere que vostre deffaut il ne les convingne plus retorner par devers nous en recevent letre de chascun de ce que vous leur aures paie et delivre et de ce faire vous donnons nous poer et d'establi de sot vous pour le faire et vous prometons à guerentir avec totz et contra totz vous et ceus que vous i establiret o aures établi et vous hoers et mandons et comandons à totz nos suggies de nostre royme que en ce faisant à vous obeissent deligenmant et à vous sotz établi.

Donné à Paris le VI^e jour de setembre l'an de grâce mil CCC dis et sept.

Donnée per copie sotz le ceel de la Prevosté de Paris.

1317, 13 septembre. Paris.

Mandement de Guillaume Clunet à deux sergents du Châtelet leur ordonnant de lever dans les sénéchaussées de Périgord et de Quercy les deux-tiers des biens meubles du Temple au profit du Roi.
Toulouse, Arch. dép., H. 124. [ADHG, H 124] - Extrait

Guill[aume] Clunhet chevalier establi el⁹⁸ roy[o]me de France avec autres persones sus les biens muebles que furent du Temple à nos amés Nicolas Brotel et Noël de Saci, sergens de Chastelet de Paris ou à l'un d'eus, salut.

Nous [avons] receuu les letres nostre sire le Roi desqueles nous vous envoiem copie seus le ceel de la prevosté de Paris, par la vertu des queles letres nous vous cometons tot essemble e chacun pour soy en loy de nous et establicens es sén[échaussée] de Pieregort et de Caorcin et es ressors d'iceles à penre, lever les deux pars de totz les biens des terres, des rentes, des prés, des vingz, de totes les meysons que furent du Temple que les gens nostre sire le Roys Phi[lippe], que Dius absolle, bailèrent « plenas et laboreas » si eles sunt ou en escharces à rendre « plenas ». Et [si] vous trovet que li Hospitalier eussent mis hors les fermiers que les gens nostre sire le Roys y miserent se li terme est pacé de rendre, si reprenetz les dues pars es dites maysons de maintenant ; e se vous trovet que li Hospitalier ou li autre censier qui tenent lesdites maisons ait riens d'estrené, ven[du] ni exploitié, si reprenet sur la tercie partie de l'Hospital ce que il en aurent osté par quoy li Roy nostre sire ait ces dues parties totes franchises en la maniera qu'il les doit avoyr et de dos pars que vous recebret pour le Roy nostre sire vous delivret a ceus que nos vous mandarons par nos lettres de eux deu que vous leur baudraret, et de ce faire nous vous donons par et autorité selot la vertu des dites letres dons vous aves copie, et [se] vous troves aucunes des dites maysons qui fucent hors de la main de l'Ospital si ne laissez pas à penre les des pars pour le Roy sus quelques persones que soit qui tiengnent lesdites maisons en escharces à rendre et la tierce partie delivrés à l'Ospital ou à cens qui par eus y seront establis, et prenetz letres de ce que vous delivret aus Hospitaliers ; et pour les choses desus dites faire plus briement, vous mandons⁹⁹ à totz les justiciers dou Roy nostre sire que à vous deus obeissent ou à l'un de vos en ce faisant et que el vos baylent confort et ayde, ce mestiers en a vos et vos les en requere[n]t.

En tesmoin de ce nous avons ceelés ces letres de nostre propre ceel qui furent faytes et don[nees] à Paris le XIII^e jour de cetembre l'an de grâce mil CCC diz et sept.

⁹⁸ L'original porte « es ». [PV]

⁹⁹ L'original porte « mandandons ». [PV]

1317, 12 décembre. Paris.

Lettres de Philippe V le Long à Guillaume Clunet lui enjoignant de faire rentrer sans retard les deux tiers du prix de location à percevoir sur les maisons des Templiers et dont certains habitants refusaient de s'acquitter sous prétexte que Louis X les en avait dispensés.

Toulouse, Arch. dép., H. 124 (copie). [ADHG, H 124] – Extrait.

Philippus Dei gratia Francorum et Navarre rex dilecto Guillelmo Cluneti militi nostro et collegis ipsius, salutem et dilectionem.

Cum sicut accepimus nonnulli tenentur de beneplacito nostro aliquas domos que fuerunt militie Templi duas partes que nobis in domibus ipsis competunt exhibere recusant et debita que dicte militie debebantur solvere contradicunt pretextu traditionis seu divisionis quittanceve de domibus illis facte a nobis aut gratie per nos concessa nonnulli personis de non solvendo debita sua citra aliquos certum tempus nostreque intentionis nequaquam existat quod per tales traditiones, dimissiones vel gracias assignatio per nos facta de dictis duabus partibus impediri vel solutio debitorum predicte militie que non tangunt quomodolibet retardari debeat, mandamus vobis et vestrum cuilibet quatinus per vos vel alios quos ad hoc deputaveritis duas partes predictas ac debita supradicta ad nos pertinentia per compositionem cum Hospitale a gentibus nostris factam celeriter faciatis intus venire pro nobis debitorum quoscumque ad solvendum ea per captionem bonorum suorum, distractionem et venditionem eorum cuicumque persone etiam si Francie paritatis honore fungatur nullatenus deffendendo cogatis non obstantibus quibuscumque graciis debitis ipsis factis a nobis de non solvendo debita sua ad tempus per quas solutionem debitorum nostrorum nolumus retardari, damus autem omnibus justiciariis nostris, tenore presentium, in mandatis quatinus vobis et per vos quo ad hec deputati fuerent posse faciant et intendi.

Datum Parisius XII^e die decembris anno Domini M^o CCC^o XVII^o.

1317, 29 décembre. Paris.

Lettre de Guillaume Clunet à Guillaume de la Ruelle et à Hélyot de Caen pour leur transmettre les lettres royaux en date du 1^{er} juillet et 10 octobre 1317 et leur enjoindre en conséquence de lever, dans les sénéchaussées de Toulouse et de Carcassonne, les deux-tiers qui reviennent au roi sur les revenus des maisons jadis du Temple.

Toulouse, Arch. dép., Malte, Pezenas XII, n° 82. [ADHG, H Malte Pézenas 2, pièce 82] - Extrait

Guillaume Clugnet, chevalier le Roy établi ou royaume de France avec autres personnes seur les biens moebles et debtes qui jadis fuent dou Temple, à ses amés Guillaume de la Ruelle et Hélyot de Caen ou à l'un d'eus, salut.

